



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Lectio 5. bipartita. De eodem Evangelio Dominicæ dic ut lapides isti panes
siant. In prima parte explicatur, quam aptè diabolo Tentatoris nomen
conveniat. In secunda Tentatione ejus prima aperitur, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

Sunt folia? Proposita inefficacia quae minime tentationis vel occasionis flatu evolvantur, nec emendationis voluntates sunt efficaces, sed velleitates volatiles. O quam multi ad penitentiam Domino interiorius exteriorisque hortante invitati, semper proponunt meliora, & deteriora sequuntur? Elurit Dominus eorum salutem, cum verò folis pascunt folijs, hoc est verbis & inanibus propositis, Hi tandem maledictionem & arefactionem merentur, ut sint eica ignis.

4. *Christus elurit in cruce.* **R/a. 68.** **Deut. 32.** *Quarò, Elurit Dominus & sitivit in cruce, sed conqueritur. Dederunt in eam meam sel. & potaverunt me acet. Hoc agunt in peccatis pertransientes, qui amaritudine mira os divinum afficiunt, conversionem eorum dum elurit & sitit: Fel draconum, uvam Sodomae & Gomertha, botrum amarissimum ei proponunt ut dicitur.*

5. *Quotidie adhuc elurit.* **Apo. 3.** *F. s. r. m. d. dicamus quotidie elurire Dominum saltem nostram, & velut ostium mendicare apud nos, quandoquidem dicit. Ego s. ad istum, & pullo. Nec tamen tam mendicatio est indigentis, quam amica deprecatio nobiscum edere optantis. Unde addit, si quis aperuerit, & aperabo cum eo, & ipse mecum. Suum vult ipse afferre ferculum, si & nos aperiamus, & conferamus nostrum. Si nos conitionem confessionem, satisfactionem offeramus, si voluntatis pijs affectiones, intellectus sanctas cogitationes; ipse celestium gratiarum copiosa collatione nos delitiosè pascet & reficiet.*

LECT. 5.
tripart.

FADEM DOMINICA.

Accedens tentator dicit, si filius Dei es, & c.
Matth. 4.

P A R S I.
Cur
Diabolus
Tentator
discatur.
Nec varia nomina. Tentatoris nomen fortitur diabolus, quia hoc eiproprium est munus, in quo assiduis est jam ab initio saeculi, & in finem ulque perseverabit. Unde de illo sic loquitur S. Chrysol. *scr. 15.* Diabolus mali auctor, nequitiae origo, hominum semper hostis, laqueos tendit, lapus parat, foveas fodit, aptas vias stimulat corpora, pungit animas, cogitationes suggerit, immittit iras, errores serit, discorsitas nutrit, pacem turbat, affectus dissipat, dat virtutes odio, vita dat amori, viciat divina, humana tentat. Ab illo igitur prima hominis culpa & mortis naufragium prodierat, dum tentatione supplantat Adā primū in paradiso: nunc quoque sperat non abstinuisset vincere. Adam secundum elurientem in deserto Sic nunquam odio stimulante desperat de certamine. Praeclare S. Leo ser. 3. de Quadrag. *Viderat suam superbiam baptizati Domini Iesu humilitate calcata, intellexerat quadragesima dierum jejuniū omnem cupiditatem carnis excelsam. An tamen desperat? Non desperat: videt arte sua malitia, tantumq; sibi de natura nostra mutabilitate promissit ut quem verum experiebatur hominem, praesumeret fieri posse peccatorem. Adamum se videre putavit, ubi famis passione agnovit; inde ergo accedendi & aggrediendi ansam arripuit.*

Sic enim peccator ille, auctorque peccati, cum

*nostentare disponit, semper occasionem, vel patientem, vel latentem arripit, explorans qua parte infirmior sit animae nostrae murus & munitio, ut inde adoriatur & expugnet. Vide id in particulari. Pauper forsitan es & multis indigens? Tunc te tentat de impatientia, de diffidentia, de iuramentis, de familia turbatione: quia egrè fers inopiam, & illā modò in uxorem, modò in liberos, modò in ipsum Deum iniquè refers & turbide. In conjugio multa es prole oneratus? Tentat de avaritia, de coaccervatione per fas & nefas, de negotiorum periculo sibi & conscientiae tuae, de fraudibus, & iniustitijs palliatis. Nihil enim aliud animo tuo repraesentat, quam pretiosum illum praetextū; *Oportet commode vivere & honorate, oportet proles & conjugē iuxta statum suum alere, oportet illa providere.* An forte in prosperitate agis, & opibus abundas? Tentat de superbia, vanitate, ambitione, luxu, suggestitq; tibi: *Tu potes laetè agere, & in delicijs vivere, honoresque prehensare, spes tibi per amia sunt, quibus & delicias & honores consequarū.* Es tuus forte cōtentus, mediocri gaudeas possessione? Sicutra potentior em te, vel aequalem; qui tuis inhiet, qui lites moveat, qui ad impatientiam & turbat omē maximum te concitet. Est ne aliquod verbum onerosū, vel injuriosum in te leviori lingua cuiuspiam profusum? Tentat de vindicta, de maledictione, de iuramentis, aliisque vitiiis irae & vindictae affluibus. Sitim aut esuriam pateris? Tentat de gula & crapula. Tu forsitan es arate juvenis & vegetus? Tentat de luxuria, vanitate, & otiositate; conversationi periculosa te implicat & occasionibus, ut tandem in peccatum corruas. Hoc tibi proponit: *Oportet latè transigere juventutem, m. re aliorum consimile astutu & fortis; choreas, ludos, aliena detestare tibi fore: opprobrii.* Est ne puella aliqua ad conjugium adspirans? Si illi blanditijs exhibeat fallax juvenculus quispiam, tentat hanc damon de ambienda libertate, ipem proponit conjugii, et si inaequalis sit qui proceat: Et ut sibi viam fienat certior em ad conjugium, persuadet tandem fatan se illi prostituerē. Estne aliquis conjugatus? Persuadet illi se qualibet ratione conjugio uti posse. Sic omni conditioni hominum insidiatur, captans occasionem illi conditioni affinem, scrutans umus cuiusque inclinationem, eamque proponens, & laqueum mendacior obumbratum. Ideo dixit S. Leo, *Inceptor ille auctorque peccati, premium superbis ut caderet, deinde invidus ut noceret, quia in veritate non fessit, totam vim suam in mendacio collocavit; ut inique deceptionum genera de hoc veneratissimo artu sua fonte produxerit: ut ab illo bono, quod ipse pro via elationis perdidit, ssem humana devotionis excluderet.* Quilibet igitur vigilare debet, & sibi prospicere: nam & Sapiens ut nos cautos efficiat, sic monet. *A nos e, quod in medio laqueorū iransis.* Sic legit S. Chrysol. & alifancti Patres, ubi nostra lectio habet: *in medio laqueorū ingredere.* Recte autē dicit, *agnosce, non dicit aspicere* enim obumbratus est laqueus, & ideo opus est multa.*

Eccl. 9.

multa cōsideratione, quia sicut pueri laqueos quibus aves incircire optant, terra, vel herbas, vel alia ratione contegant, sic & dæmonia vitæ voluptatibus peccata circumtegit, & dissimulat, inquit S. Chrysofost. Audi ejus monitum hom. 15. ad pop. Antioch. Si lucrum tibi occurrere, ne lucrum adspicias solū, sed & diligenter scrutare, ne forte mors & peccatum intra lucrum sit absconditum. Rursus si delictatio occurrerit, ne illam solū respicias, sed vide ne iniquitas aliqua in voluptatu profusa sit obumbrata. Si vultis aut duo tantum laqueos forent, facilius esset custodia; nunc autem multitudinem ipsorum Salomon ostendit volens, dicit. Agnosce, quod in medio laqueorum perreastis; non dicit juxta laqueos, sed in medio laqueorum: utriusq; nobis vitæ agnosce, utriusque doli. Hæc ille. Sæpe laqueus est uxor; sæpe filii, sæpe amici sæpe tempus tibi. Laqueos possit jactan in divitiis, in paupertate, in cibo, potu, somno, vigilia, in verbo, in opere in omni vita nostra; sed tu Domine, libera nos de laqueo venarum ut conspiciamus tibi: Beneficentiam Domini, quia anima nostra sicut passer erepta est. Italoquitur Augustin. Soliloq. c. 16. & 17. Plura hæc dere dixi horto Pastorum, tom. 2. tract. 3, lect. 9. ubi de tentationibus fusè tractavi; poteruntque ad hoc Evangelium pleraque referri.

Si Filius Dei es, dicitur ut lapides panes fiant.

Pars II
De i-
centatio-
ne qua
Christum Sa-
tan ten-
savit.

Hæc dicitur dubitare videtur factum de Christi divinitate, ideoque cæ certius voluisse hic explorare consent. SS. Patres Licet enim ex Prophetarum vaticiniis, ex Angeli sermone cū Deipara Virgine, ex nativitate ab Angelis honorata à Pastribus & Magis adorata, à justis in templo prædicata, ex voce cœlesti Patris in baptismo filium suū proclamante, ex verbis Joannis sese corā illo humiliantis, & testimonium ei dantis, potuerit agnoscere hunc esse verum filium Dei; intellectus tamen ejus quodammodo ligabatur, & impediebatur in peccati peccati, ne eū perfecte agnosceret. Sicut enim vult illius ad nocendum, sic & vim ejus ad intelligendū Deus pro sua frenat providentia. Unde August. li. 9. de Civit. c. 21. Tantum Christus dæmonibus innotuit, quantum voluit: tantum autem voluit, quantum oportuit. Adde quod non obstantibus his testimoniis, cœlo & terra, ab Angelis & hominibus, semper aliquid ejus intellectui propositum fuerit dubitatem afferens. Nam vilia quædam & indigna Deo periclitabatur, quæ obcaecante superbia cū divinitate posse conjungi vix opinari poterat. Unde S. Ignatius ep. 8. ad Philip. sic eum alloquitur: Te, o dæmon, Angelorum laudatio obsequia: tuas. Magorum adoratio exortus stellas. Ad ignorantiam dæmon redis, ob ea que cernis vilia. Nam exili a tibi videtur cum a nuda arumne, circumcisis, lactatio, fuga in Ægyptum indigna tibi hæc Deo videntur. Sic declaratus quidē fuit à Patre publica voce filius dilectus, & id ei suspitionem ingerit divinitatis: sed necit certo an filius naturalis sit, an adoptivus. Sic jejunium 40. dierum priorem opinionem firmate videtur: sed dum elurire cernit, jam suspicatur purum

hominem. Nempe ideo voluit esurire, voluit & vilia ac infirma subire, ut divina celaret, ne forte impediretur passionis ejus fructus. Nam licet inclamarint postmodum dæmones se scire ipsum esse filium Dei; hoc tamen non cum certitudine, sed cum opinione (ob potestatem quam in ipsos exercebat) asserbant: *Namquam cum crucifixissent, Dominum gloria agnovissent.*

Itaque cum certus non foret Satan de ejus divinitate exploraturus accessit specie quadam vitibili & humana (hoc enim indicat verbum, *accessit*, quod motum progressivum significat, & sermo exterior quo Christum alloquitur, & alia pleraque circumstantia narrationis Evangelicæ id postulant) & dixit ei: *Si Filius Dei es, dicitur ut lapides isti panes fiant.* Quali dicat: Audium est cœlesti voce, accedente etiam Joannis testimonio, te denunciandum esse filium Dei. Id si verum est, cur sic fame discruciaris, qui vel solo verbo tuæ fami potes succurrere? Fac potius tuo jussu & verbo, ut lapides isti in panes converterantur, ut esurientem pascas ventrem. Id si recusas, frustra vel tibi perfidas id te esse quod diceris, vel alios id de te credituros expectas. His verbis & adulatur, & pungit, ut si esset verè filius Dei, id modo necessario demonstraret, tanquam rubore suffundendus, si non crederetur esse Dei Filius. Sic enim S. Chrysofost. interpretatur hæc verba, tamquā adulantis dæmonis, & dolosa Christum adulatio- ne palpatis; quia per blandimenta laudum aliquid se suffuratum exultabat. Caterum ponderanda sunt hæc verba: *Dicitur ut lapides isti panes fiant.*

Primo quidem, solos lapides proponit Christo, quia aliud ei ad tentandum non suppetebat in deserto, nulla ibi Eva sicut in paradiso, nulli fructus vili delectabiles & gustu, quibus secundum Adam supplantaret, & deciperet, sicut decepit primum. Hoc advertit S. Amb. ser. 35. de jejunio Domini, ubi sic ait: *O misera Satana & extremæ congressio! Diabolus in deserto solida tentationis arma non invenit. Deest illi de paradiso amœnitas arborum, deest conspicienda Eva, deest speciosa pomorum decore: & quia non invenit cibum quem offerret esurienti, & postulat in cibum saxa mutari. Vadij, exclusus ad parvum se confert.* Adit postmodum idem S. Amb. Verius & callidus scit quid perat, novit factum esse quod dicit, meminit aquam de lapide fitientibus profluxisse, vult etiam hic esurienti panem de lapide ministrare, & asperitatem saxi in panis dulcedinem transformari. Rectè hic notant quidam, fideliorum esse dæmonem incredulis hæreticis, qui transubstantiationem fieri posse negant in Eucharistico Sacramento; cum ipse crediderit dæmon filium Dei lapide in panem posse vertere. Utique & hoc potest, & istud alterū in Eucharistia potest, qui uxorem Loth in statuam falis, virgā in serpentem, undas in sanguinem, aquā in vinum potuit transmutare: & si isti increduli hanc ejus potentiam & gloriam denegant vel tacuerint, lapides clamabunt, & testimonium contra eos dabunt.

Chrysof.
ho. 13.
Theophil.
Mat. 4.

Nota 1.
Satan
cur Christi
proponat lapi-
des.

Quos licet ad petitionem Satanæ noluerit Christus in panes transmutare; id tamen potuit, qui etiam potens est de lapidibus istis filios Abraham fecitare. Hoc interim etiam hic ad morum institutionem animadversione dignum est, quidquid nobis demon præferat dum nos tentat, lapides esse si bene incipiamus; quamvis panem quo vescamur, eamque delictosam esse fingat & coleret. Quod enim opes? quid honores? quid voluptates quibus nos inest? Lapidem sunt digestionis duræ, & grave pondus advehunt nostræ conscientiæ. Unde de avaris & in iustis dicit sapiens. *Sarcus est homini panis mendacij, sed implebitur os ejus calculo.* Hoc est; tanta erit postea ei molestia conscientia, quasi lapillos comedere cogere pro pane. Sic & de voluptatibus suis adultærimis pronuntiat David: *Sicut onus gravæ gravata sunt super me.* Quali dicat: Inflat lapidis molaris aut importabilis aggravant me, & in profundum nituntur me mergere. Sic de Nabal dicitur, quod cum genio & ebrietati indulgisset, sequenti die *cor ejus induratum est quasi lapis.*

Opes & voluptates lapidæ.

Prov. 20.

Psal. 37.

1. Reg. 23.

Nota 2. Cur Satan lapides voluerit in panes transmutari.

Notat: Satan Christum tentat gula & inani gloria.

S. Tho. 3. p. 2. q. 4. ar. 4.

Secundò, non sine emphasi dicit Satan: *Dic ut lapides isti panes fiant.* Dic, inquit, quia filius Dei solus. Verbo condidit universa, ipse enim dixit, & facta sunt. Hoc adverte Beda, sic ajens. *Dic, non fac, dicebat demon quia scriptum moverat; Dixit Deus fiat lux, & facta est lux. Sic & Haymo: Quare non dixit diabolus, fac de lapidibus panes, sed dic ut fiat? Quia in exordio mundi cuncta creavit de nihilo dicens, fiat hoc vel illud, & factum est.* Hæc vero lapidum in panes transmutatio demoni fuisse argumentum certum Christum esse verum filium Dei; tum quia nemo præter Deum creaturas immutat suo arbitrio, & imperio, tum quia Deus miraculorum digni nūquam mendacio suffragatur; sed indubitanter verum est, quod miraculo à Deo probatur. Si itaque Christus miraculum hoc edidisset, ut se filium Dei demonstraret, non amplius ea de re demon ambigeret, & tunc quo ad in se foret, redemptionis fructum impedire conaretur.

Tertiò, ita demon explorare conatus est, an Christus esset filius Dei; ut etiam simul in aliquod peccatum pelliceret. nam partim ad gulæ vitium, partim & magis ad inanem gloriam & vanam sui ostentationem petrabat eum conatus est. Argula quidem vitium, quia licet non esset gulosis Christus efumens comedere panes ex lapidibus factos, tamen occasione famis obdite aliqua in re diabolò gulæ adhibendum foret. Unde S. Thomas sic ait: *Pri necessarius ad sustentationem non est peccatus gula; sed quod ex desiderio huius sustentationis homo aliquid inordinatum faciat, ad vitium gula pertinere potest. Est autem inordinatum, quod aliqua ubi potest haberi recurset ad humana subsidia, miraculose sibi cibum querere velit pro solo corpore sustentando, & ideo parabat diabolus, quod Christus peccaret, si ad sustentationem famis miraculum asteteret.*

Ad inanem verò ostentationem hic etiam Christum inestabat quia non est proferendum miraculum, nisi cum Dei id posset gloria, aut charitas fraterna, non petentis libido, vel curiositas vana. Unde nec Herodem dignatus est Dominus aliquo miraculo. Quocirca respondet hæc tentatio illi, qua primos parentes aggressus est, Tunc enim occasione prohibiti & cibi & arboris scientia, eos ad gulam & excellentiæ vanam appetentiam provocavit; ita nunc pro cibi occasionem, ad gulæ vitium, & inanem excellentiæ declarationem, conatur adducere Christum. Sed nihil proficit hic diabolus. Audiu S. Amb. *Noverat eius versuta Saluator, ideoque eam mira responsione confutat: nec facit quod dicit diabolus, ne videntur pro arbitrio ad versari virtutis suæ gloriam declarare. Nec tamen respondit, non posse id fieri, qui negare non poterat, quod sepe fecerat, legatur nec aequo scit petenti, nec deiecit exploranti, ac per hoc potentiam virtutis suæ suo reservat arbitrio. Et veritatem adversarij divino confirmat eloquio.* Nempe ipsum in initium potestatis suæ & miraculorum suorum non ad petitionem demonis erat factus, lapidem in panem transmutando. sed ad petitionem suæ matris primum signum erat editurus, vinum in aquam convertendo. Hoc debebatur matis dilectione & gloria: suæ apud discipulos manifestationi. Istud denegandum erat infidiosis demonis, tentationis: quia nec ipse sicut discipuli credidisset. Imò gloriam potuisset ad instantiam suam primum miraculum editum fuisse, & quasi sibi signum primum deducere esse: cum tamen Patri in cælis, Matri in terris, discipulisque novellis ad propagandam Dei gloriam dedicandæ refererentur. Unde Aug. 41. de verbis Domini: sic loquitur. *Non fecit Dominus de lapidibus panes, quod potuit facere sicut de aqua vinum. Sed non fecit, ut voluntatem contemneret tentatoris. Aliter enim tentator non vincitur, nisi contemnatur. Vinum fecit ex aqua. Et credidit vni in eum discipuli eius ait, Evangelista. Numquid diabolus erat crediturus? Sic etiam dicit eleganter S. Chrysolog. *Est de lapidibus panes facere qui aqua convertit in vinum: sed signa fides sunt præstantia, non sunt danda tentanti. Diabolo, tibi ut quæ signa cui nihil subvenit ad ianem? Notat quoque S. Epiphanius 66. Christum non voluisse demoni suggestioni morem gerere, ne in aliquo videretur ab illo doctus; ut nec nos quequam ab illo acceptemus oblatam, vel eum illo nulli habeamus commoeratum, cuius mentio non est alia, quam us falsitas, & à Deo nec abstrahat. Ubi igitur sunt qui Christianos se proferunt, nihilominus non veniunt per demonem, Christiani nominis hostem, vel per ejus ministros, sanitatem propriam, vel sanitatem peccati suorum procurare, res perditas recuperare, opes & honores ambire, matrimonia sibi conciliare. Hoc agunt quicumque superstitionibus & aliis illicitis mediis ad hæc contendunt. Longè consultius ei foret, sic eum Satanæ & impiis ejus ministris gerere, sicut Abraham cum Rege Sodomorum,**

Amb. in 1. 4. Luc.

Christus cur tentatoris Satanæ non contemnatur.

domum,

morum, cui dixit. *Levo manum meam ad Dominum meum excelsum, Regem caeli & terra, quod à filo subegimini usque ad corrigiam caliga non accipiam ex omnibus quæ tuæ sunt.* Longe facius foret eos Christum imitari, qui fame etiam urgente noluit impii vel consilium in speciem bonum audire. Quapropter respondet ei?

Christus panem Non in solo pane vivit homo, &c.

Sic nimirum non lapidem in panem, sed panem vertit in lapidem: id est, scripturam de pane loquentem vertit in lapidem talem, quo supplantet daemone Nonne Goliath supplantavit David lapide electo de flumine: Eluenta electa sunt sacra eloquia Dei, è quibus aliquot elegit Christus lapides, quibus Satanam in deserto profligavit. Et hic est primus lapis: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Id vero desumptum est ex illo, *Afflicti te Deus penuria, & dedit tibi cibum Manna; quod ignorabas tu, & Patres tui. Ut ostenderet tibi, quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Cui conforme est, quod Sapiens dicit: *Ut scirent filii tui quos diligisti Domine, quoniam non navigaveris fructus pascebat homines: sed sermo tuus bos qui in te creditur, confer vas.* Senfus ergo est: Homo potest vivere non ex solo pane, sed ex omni re quam iusserit Dominus, & ordinarit ad vitam sustentationem, sicut ex Manna Israeliticus populus multis annis vixit. Sic ergo rectè Christus eludebat, & elidebat tentationem daemone. Quasi diceret: Non opus mihi miraculo licet esuriam, quia quocumque voluerit modo potest me Deus alere, etiam sine pane, nam & herbis, & Manna, & alia qualibet re, imò & solo me verbo, imperioque suo sustentare, valet.

Dem. 8.

Sap. 16.

Denique quid opus lapidem in panem convertere? Mox imperio oris sui per suos ministros mihi de cibo providebit, & esurientem pascat. Hoc licet non expresserit Christus, prævidebat tamen & præferebat quod Angeli cibum erant ministraturi. Quomodo autem Deus possit qualibet re alere, patet tum in Elia & Moysè, tum in his quos diximus supra præmentales & annos, oratione, & sacra communione corporaliter, & spiritualiter sustentatos. Potest etiam hic intelligi, quod Christus à carnali alimento ad spirituale sermonem vertere voluerit, ut cluderet tentationem. Unde S. Ambr. sic interpretatur: *Vivit homo omni Verbo Dei, id est, alimentum Verbi celestis quo alitur anima, & præ illo famem corporis est negligens.* Sic Christus voluit significare, se potius appetere cibum animi, quàm corporis, & ad id ipsum voluit exemplum nobis dare. Quod est autem verbum Dei? Christus Dominus, qui apponitur nobis cibus in Sacramento. Quod est Verbum Dei? Sacra eloquia, quæ ex ore eius procedunt. Quod est Verbum Dei? Lectio, oratio, contemplatio rerum divinarum. Quod est Verbum Dei? Inspiratio & pia omnis cogitatio à Deo procedens, & animam pascentem reficiens. De his homo vivit ut homo, quia illis mens, primaria in ho-

mine pars, vescitur pericundè & saporosè, crescit verò dum obliviscitur hunc panem comedere, De quo plura alibi.

Quidam nobilis Hildesii in terra Brunsvicensi, cum non obstante multo um dissuasiōe, die Veneris sancto coctum ovum comedere veller, mox illud in lapidem conversum invenit. Quem lapidem in Sancti Godardi Monasterio se vidisse testatur P. Franciscus Colterus in Concione Dominica 4. Quadragesimæ. Audi & aliud.

Quidam pauper decrepitu accedens portum, à Nauclero elemosinam petebat, & urgebat satis importunè. Ille commotus: *Abi, inquit, senex, nihil hic aliud habemus præter lapides.* Tunc pauper: *Si lapides dicis quæ tuæ navis continet, omnia in lapides vertantur.* Mox quicquid navis comestibile continebat, in lapides versum fuit. Testis est Gregorius Turonensis, de glor. Confessorum c. 107. qui testatur se vidisse dactylos & olivas in stat lapidum. Nam cum omnia in lapides versa forent, non tamen colorem, aut formam priorem amiserunt. Nauclerus autem inquitum senem nunquam potuit reperire, & penitentia motus lapides istos in varias civitates direxit in exemplum. Non absimile quid Gandavi contigit, ubi ostenduntur panes in lapides conversi, ob similem causam, dum forori suæ panem mutuum petenti, altera negaret, se illum panem habere.

EADEM DOMINICA.

Si Filius Dei es, mitte te deorsum, &c.

Matth. 4.

Hæc est secunda tentatio, hoc novum præhium Latana cum Duce nostro, quo significatur nos non esse securos, licet Satanam congerit quædam repulsi: quia nova certamina novit instaurare, nova ejaculari tela. Unde cum uno in loco victus est, alium certaminis locum querit, nunquàm quietos nos sinens, ut cum nequit prælio, vincat vel tædio. Hinc etiam dicitur infidiatu calcaneo nostro, quia utque ad extremum vitæ nos persequitur. Propterea apparet Sancto Martino iactio conversionis (cum in Pannoniam pergeret, lucem fidei parentibus infidelibus annuntiaturus) interrogabat: *Quò pergo?* Respondet Martinus: *Illic perge quò me Deus ducit.* Tunc ille: *Scias quò cum quo perrexeris, me tibi fore insequum; nec unquam te deseram.* Hoc patuit successu temporis, quia multiplices ei tentationes continuo ingessit, & in fine vitæ ei conatus est adversari. Itaque daemone qui primum certamen inierat in cælo, ubi victus fuit & præcipitatus: mox secundum instauravit in Paradiso, ubi vicit, & ex eo hominem præcipitavit: jam adhuc sperans, tertium inchoat in deserto, & quia ibi nihil obtinet, quartum refraurat in mundo, in medio civitatis, in pinnaulo & templo.

Assumpsit ergo enim diabolus. Non quod è potentia

Vu 3

tentia

P. Iaius. dunt. Quod est Verbum Dei? Lectio, oratio, contemplatio rerum divinarum. Quod est Verbum Dei? Inspiratio & pia omnis cogitatio à Deo procedens, & animam pascentem reficiens. De his homo vivit ut homo, quia illis mens, primaria in ho-

morum, cui dixit. *Levo manum meam ad Dominum meum excelsum, Regem caeli & terra, quod à filo subegimini usque ad corrigiam caliga non accipiam ex omnibus quæ tuæ sunt.* Longe facius foret eos Christum imitari, qui fame etiam urgente noluit impii vel consilium in speciem bonum audire. Quapropter respondet ei?

Christus panem Non in solo pane vivit homo, &c.

Sic nimirum non lapidem in panem, sed panem vertit in lapidem: id est, scripturam de pane loquentem vertit in lapidem talem, quo supplantet daemone Nonne Goliath supplantavit David lapide electo de flumine: Eluenta electa sunt sacra eloquia Dei, è quibus aliquot elegit Christus lapides, quibus Satanam in deserto profligavit. Et hic est primus lapis: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Id vero desumptum est ex illo, *Afflicti te Deus penuria, & dedit tibi cibum Manna; quod ignorabas tu, & Patres tui. Ut ostenderet tibi, quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Cui conforme est, quod Sapiens dicit: *Ut scirent filii tui quos diligisti Domine, quoniam non navigaveris fructus pascebat homines: sed sermo tuus bos qui in te creditur, confer vas.* Senfus ergo est: Homo potest vivere non ex solo pane, sed ex omni re quam iusserit Dominus, & ordinarit ad vitam sustentationem, sicut ex Manna Israeliticus populus multis annis vixit. Sic ergo rectè Christus eludebat, & elidebat tentationem daemone. Quasi diceret: Non opus mihi miraculo licet esuriam, quia quocumque voluerit modo potest me Deus alere, etiam sine pane, nam & herbis, & Manna, & alia qualibet re, imò & solo me verbo, imperioque suo sustentare, valet.

Denique quid opus lapidem in panem convertere? Mox imperio oris sui per suos ministros mihi de cibo providebit, & esurientem pascat. Hoc licet non expresserit Christus, prævidebat tamen & præferebat quod Angeli cibum erant ministraturi. Quomodo autem Deus possit qualibet re alere, patet tum in Elia & Moysè, tum in his quos diximus supra præmentales & annos, oratione, & sacra communione corporaliter, & spiritualiter sustentatos. Potest etiam hic intelligi, quod Christus à carnali alimento ad spirituale sermonem vertere voluerit, ut cluderet tentationem. Unde S. Ambr. sic interpretatur: *Vivit homo omni Verbo Dei, id est, alimentum Verbi celestis quo alitur anima, & præ illo famem corporis est negligens.* Sic Christus voluit significare, se potius appetere cibum animi, quàm corporis, & ad id ipsum voluit exemplum nobis dare. Quod est autem verbum Dei? Christus Dominus, qui apponitur nobis cibus in Sacramento. Quod est Verbum Dei? Sacra eloquia, quæ ex ore eius procedunt. Quod est Verbum Dei? Lectio, oratio, contemplatio rerum divinarum. Quod est Verbum Dei? Inspiratio & pia omnis cogitatio à Deo procedens, & animam pascentem reficiens. De his homo vivit ut homo, quia illis mens, primaria in ho-